

# METHODVS

procedendi iudiciaria, in pro-

cessu Ciuili Ordinario, in Curia Ecclesiastica,


cum modo appellandi, & alijs declarationibus circa pro-

cessum inter media appellationis petitione Apосто-

lorum, & alia iuris remedia circa prosecutionē

appellationis. Edita per Iacobū Buyl

Causidicū Cæsaraugustanū.



CVM LICENTIA.

EX INCLYTA CÆSARAVGVSTA

In Ædibus Dominici à Portonarijs de Vrsinis. S. C. M.

& Regni Aragoniæ Typographi.

M. D. LXXIX.

# METHODVS PROCEDENDI De citatione in omnibus

causis civilibus.



**CITATIO** est lapis angularis iudicij, sine qua dicitur iudicium nullum: quando fuit factum sine citatione partis. Nam citatio, est de iure naturali & diuino, adeo q̄ omitti non potest: sic q̄ actus iudiciarius, factus sine citatione: est ipso iure nullus. Excepto casu, q̄ si citatus compareat, actus tenet: licet non sit citatus, vel citatio sit nulla, nō ratione citationis nullæ, sed ratione præsentia, adeo q̄ poterit ad vltiora procedi, quod non posset fieri, si citatio esset nulla: vel citatus non comparuisset. Aduertendum est q̄ non valet preceptum factum nulla præcedente citatione: vel sine clausula iustificatoria: q̄ si senserit se grauatum veniat recepturus iustitiæ complementum, quia de iure a præceptis non est inchoandum. Immo a citatione ad instar domini nostri: qui primo citauit Adam: dicendo Adā, Adam: vbi es, deinde fecit præceptum sed in sudore vultus tui viues. Et similiter de muliere accusata. Cui dixit Iesus: quis te accusat, quasi dicat tu non es citata, & illa dixit nemo, ex quibus colligitur q̄ sine citatione, iudicium inchoari non potest.

Obtētis igitur literis citatorijs, & cū relatione reportatis spectatur citatus per triduum de gratia, cōpletis diebus termini citationis, si nō comparuerit est offerenda petitio aduersus citatum quæ si nō offertur, in termino assignato

gnato

gnato absoluetur reus ab obseruatione iudicij quæ sententia dicitur de iure interlocutoria. Et nullum fit præiudiciū actori, iterū & cum noua citatione agendi cōtra cōuentum qui primo fuit absolutus ab instantia iudicij; ex defectu actoris. Et ea suo casu oblata petetur excommunicari reum in non comparendo & excommunicatur & publicata excommunicatione & in iudicio reportata cum relatione conceduntur secunda & tertia, breuia cū toto cursu ecclesiæ, & si reus comparuerit, non audietur nisi ante omnia purgauerit contumaciam literarū breuium, & assignatur eidem reo ad deliberandum, an velit cedere vel contendere.

## De interpositione fori

declinatoriæ.



Acta assignatione ad deliberandum statim petitur per actorē assignari conuento ad contestandum quo facto ante contestationē litis, & ante quā in iudicē sit consensum opponendæ sunt exceptiones recusatoriæ iudicis & declinatoriæ iudicij, in tantum quod exceptio declinatoria fori debet esse prima exceptio quæ ponitur ante alias dilatorias quia si opponuntur aliæ prius per earū oppositionē inducitur consensus in iudicē, & non potest postea opponi exceptio declinatoria, effectus declinatoriæ est quod si eandem exceptionem fore veram repertum fuerit eamque militare omnia acta coram iudice recusato habebuntur de iure pro non factis & processus redditur retro nullus.

Actor ad demonstrandum quod non obstante dicta declinatoria fori est ad vltiora in causa procedendum alle-

## METHODVS PROCEDENDI

gabit qualitatem circumferentē iurisdictionem & con-  
stituto de qualitate fundatiua ecclesiasticam iurisdictionē  
iudex non obstante dicta declinatoria fori tenetur man-  
dare procedi ad vltiora in causa declarando se esse iu-  
dicem competentem.

¶ Quo pronunciato assignatur conuento ad conte-  
standum & antequam assignetur, instante parte, actor  
tenetur exhibere scripturas de quibus in petitione fit  
mentio pœna autem non exhibentis est non se posse iu-  
uare, deinde actor tenetur fideiussorem super expensis  
offerre, & in primis procurator tenetur facere fidē de sua  
potestate & si prosequutus fuerit causam sine mandato  
potest excommunicari, & procedi contra eum, tanquā  
falsum procuratorem & dicitur de iure falsus procura-  
tor, ille qui nunquam habuit mandatum a principio, &  
licet processus factus cum falso procuratore sit ipso iu-  
re nullus nihilominus executio sententiæ fit cōtra pro-  
curatorem falsum, & non contra eius principalem cui-  
us nomine interuenit in iudicio sine mandato.

¶ Qui procurator solet ex consuetudine litem conte-  
stari, dicendo cōtestatur in forma saluis, & reseruatis le-  
gitimis defensionibus, & instrumentorum productio-  
nibus, & in non contestando habetur, lis pro contesta-  
ta, & negata, & ista litis contestatio est tantæ importan-  
tiæ, q̄ de iure dicitur lapis angularis totius iudicij super  
qua radicatur, totum iudicium, & ea non facta seu ha-  
bita, lite pro contestata & negata, nō potest procedi ad  
receptionem testium, nec aliarum probationum gene-  
ra, quo facto statim assignantur actori ad probandum  
& loco positionum procurator actoris offert petitiō-  
nem

nem articulatam, & medio iuramento illas positiones aduerat credendo eas esse veras, & q̄ intendit eas probare, & assignatur procuratori rei ad habendum eius principalem ad primā ad respondendum dictis positionibus medio iuramento per verbum credit, vel non credit, & in non habendo mandatur intimari reo contumaciam sui procuratoris cum cartello, vel literis suis respectiue casibus, & in euentum, quod reus ad respondendum dictis positionibus iurauerit, & noluerit postea respondere non debet, eidem contumacia intimari sed petere cum reus habuerit assignationem, ad respondendum haberi eum pro confesso & habetur.

Assignatur actori ad probandum decem dies, pro prima dilatione, & deinde reus tenetur accusare, secundā & tertiam dilationes, & conceditur totidem tēpus pro vnaquaq̄ illarum, & intra vltimam reus tenetur petere primā prorogationē & reliquas duas quæ sunt singulorū decem dierū tenetur petere termino probatorio durāte, & possunt peti in tribus successiuis diebus, & etiā iudex elapso termino cōstito de diligentijs cōcedit ex officio similes decē dies & iterū alios decem dies ad probandū & publicandū. Et quando termino probatorio durante actor petierit cōmissionē pro testibus recipiendis assignatur partibus ad de notario & cōmissario, cōcordādū & qui petit cōmissionē nominat notariū alter vero cōmissariū. Quibus terminis elapsis assignatur procuratori actoris ad publicandū, & in nō publicādo mā datur intimari contumacia procuratoris suo principali, & non audietur nisi solutis expensis cōtumaciæ si publicare voluerit, & concessis literis seu cartello Cæsarangu

## METHODVS PROCEDENDI

stæ, & reportatis habētur producta pro nō productis. Et facta publicatione per actorem vel habita producta pro nō productis assignatur reo ad cōtradicens ad quod duos dies pro quolibet teste & instrumēto conceduntur, oblata defensione & contradictorio assignatur agenti ad contestandū & contestata lite per agētē assignatur reo ad probādū contenta in defensione & cōceduntur similes dilationes & prorogationes vt de actore dictū est, & seruatur ordo prædictus circa positiones interrogatoria, & nominationē notarij, & cōmissarij si testes pro parte rei veniunt recipiēdi extra ciuitatem Cæsaraugustæ, & elapso termino probatorio assignatur procuratori, rei ad publicādū, & in nō publicādo mandatur intimari contumacia procuratoris, suo principali, & cōcessis literis seu chartello Cæsaraugustæ, & reportatis habētur producta pro nō productis, & non audietur si voluerit publicare, nisi solutis expensis cōtumaciæ & facta publicatione per reum, vel habita producta pro nō productis assignatur actori ad contradicēdū, in quo cōtraditorio nō admittuntur nisi obiectiones testiū, & impugnationes instrumentorū tantū, & conceduntur quindecim dies pro omnibus dilationibus & alij quindecim dies pro omnibus prorogationibus. Facta publicatione per actore similitudo assignatur reo ad re contradicendū & conceditur eidē totidē tempus, & consueuerunt fieri tā contra actore quam contra reū nōnullæ diligentie ad valuas consistorij. Facta publicatione per reū assignatur partibus ad dicēdū, & dicendo in euentū, in quē conuentus non obtulerit suas defensiones poterit dicendo, proponēdo, & allegando dicere proponere pro-

re probare & publicare omnia tangētia ad suā defensionē, & conceduntur quindecim dies tantū ad probandū & publicandū, et admittitur actor ad contradicendū vt supra aduersus deducta per reū, et facta publicatione assignatur partibus ad renunciandum et concludendum.

Et renunciata et conclusa causa seu habita pro renunciata et conclusa per renuntiationem, et conclusionē imponitur de iure finis probationis testiū et actorū adeo q̄ ea facta nihil aliud produci potest in causa nec speratur nisi sola sententia et hoc significat ille terminus conclusio id est renunciatio omnium probationum, et defensionum producendarum.

Et renunciata & conclusa dicta causa, seu habita pro renunciata & conclusa, petetur diffinitive pronounciari, & citantur partes ad audiendam sententiam certo termino assignato cum dierum sequentiū continuatione.

Lata igitur sententia diffinitiva condemnatoria, vel absolutoria pars contra quam fuit prolata potest ab eadem appellare, hoc modo q̄ illico & in continenti potest appellare viua voce & absque in scriptis dicendo appello exprimendo ad quem faciendo id continuare in actis causæ, si vero appellaretur a dicta sententia ex interuallo tunc necesse est, q̄ appellatio fiat in scriptis cum expressione grauaminum & petitione apostolorum instantanter instantius, instantissime, ac debite & secundum ius, alias appellatio est nulla, & iudex a quo appellatur potest instante parte assignare appellanti quatenus se præsentet infra sexaginta dies a die assignationis computādos coram iudice ad quem, et debet fidem facere de dicta præsentatione coram iudice ad quem fa-

A iij cta, ve

## METHODVS PROCEDENDI

cta, vel de literis inhibitorijs obtentis a commissario Apostolico cui causa appellationis fuerit commissa iudici a quo alias idem iudex, a quo potest exequi suam sententiam, non obstante dicta appellatione.

Aduertendum est, quante diffinitiuam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocunque grauamine non appellatur nec Archiepiscopus, Episcopus, seu Vicarius appellationi, huiusmodi tanquam fribole deferre tenetur, sed ea ac quacunque inhibitione ab appellationis iudice emanata, nec non omni stillo et consuetudine etiam immemorabili contraria non obstante ad vltiora valet procedere, nisi grauamen huiusmodi per diffinitiuam sententiam reparari, vel ab ipsa diffinitiuam appellari non possit, vt in decreto sacri Concilij Tridentini, sessio. 13. cap. 1. de reformatio.

Et eodem modo appellatio non impedit, nec suspendit iudicatum, sed solum habet effectum deuolutiuum iurisdictionis non autem suspensiuum in casibus decretorum Concilij Tridentini, sessio ead. cap. 1. incip. cum precepto diuino mandatum sit omnibus, sessio. 23. et cap. 18. incip. cum adolescentium ead. sessio. 23. et cap. 10. sessio. 24. et cap. 18. incip. expopondit ead. sessio. et cap. 11. sessio. 25. vbi tractatur de visitatione et correctione, ratione sacramentorum, et cap. 13. et 14. ead. sessio.

Quibus casibus licet appellatio de iure operetur effectum deuolutiuum, tamen non suspendit iudicatum prout dictum est, nisi contrarium sit iudicatum per iudicem superiorem.

Appellari non potest in causa, vbi de decima agitur nec a iudice retardante causam expedire, sed solum datur recursus per viam supplicationis et differt supplicatio ab appel-



appellatione in pluribus, et primo quia appellatio debet fieri intra decē dies supplicatio vero potest fieri intra decē dies et infra duos annos et hæc est differētia quia quādo fit infra decē dies si pars vitrix vult petere executionem sententiæ non aliter fit executio nisi præstiterit satisfactionem de restituendo executionē in casu q̄ sentētia fuerit reuocata, et quādo fit infra duos annos fit executio sine dicta satisfatione, et in alio differt, quia appellatione pendente non potest fieri executio nec aliquid innouari appellatione pendente sed pendente supplicatione fit executio eo modo quo supradictum est. Nec appellari potest in causis minimis, et breuioribus nec a sententia excommunicationis vel interdicti post eius prolationem, nec quando causa decissa est per iuramentū decissorium delatum, nec appellari potest a sententia nulla eo quia tanquam nulla non potest reformari nec confirmari per superiorem, nec verus contumax potest appellare, et præsertim quando peremptoriæ est citatus ad audiendam sententiam nec conuictus, et sponte confessus potest appellare secus si sit conuictus, sed non confessus, vel confessus non tamē sponte sed formidine pœne, nec potest appellare condemnatus pro debito publico seu fiscali, nisi quādo fiscus tractat de lucro nec officiales curiæ pro male gestis a suo iudice condemnati possunt appellare nec minus potest appellare cōdēnatus de hæresi.

Tempus appellandi in causis permisis est decem dierum a die prolationis sententiæ, vel a die habite notitiæ eius prolationis et elapso tempore nō admittitur ad appellandum immo sententia transit in rem iudicatā quæ res iudicata de iure pro veritate habetur nisi grauius illatum in vim diffinitiuæ haberet tractum successiuum quia

## METHODVS PROCEDENDI

quia tunc semper potest appellari quamdiu durat graua  
men etiam post decem dies.

Appellatio est quædam defensio quæ datur oppres-  
sis contra iniuriam iudicis et omnibus de iure est per-  
missa, et appellatio interposita a diffinitiuâ, vel habente  
vim diffinitiuæ suspendit iurisdictionem iudicis a quo  
idem pendente tempore decem dierum dato ad appel-  
landum intantum quod appellatione pendente iudex a quo  
manus habet ligatas, nisi quando appellatio esset mani-  
feste frivola et frustratoria interposita contra leges quia  
tunc ea non obstante potest iudex procedere ad execu-  
tionem sententiæ, et innouare dummodo non defferat  
appellationi, ex quo iustitia non deffert ta'i appellationi.  
Et in omnibus causis in quibus de iure appellari non  
licet vel appellatio non suspendit, nec habet nisi solum  
effectum deuolutiuum potest iudex a quo innouare, et  
suam sententiam exequi contra tenorem appellationis  
prout in casibus superius enarratis, et alijs in iure ex-  
pressis verum est quod iudex qui protulit sententiam solet  
illam executare donec eidem sit præsentata inhibitio in  
vim appellationis obtenta.

Interposita igitur appellatione pars appellans petit apo-  
stolos instanter instantius ac instantissime dimissorios  
reuerentiales testimoniales, seu tales quales de iure sunt  
concedendi, cum quibus et dicta sua appellatione possit  
se coram iudice ad quem præsentare, et tempus petendi  
apostolos est triginta dierum computandorum a die in-  
terposite appellationis, et si iudex assignat terminum iu-  
ri (quod est triginta dierum) et interim quando cumque  
ad illos recipiendum pars potest comparere intra tem-  
pus

sup

pus assignatum quando voluerit coram iudice causa illos recipiendi, et si iudex assignat terminum iuris simpliciter pars tenetur in vltima die termini peremptorii assignati comparere coram iudice causa recipiendi dictos apostolos, et si iudex illos non obtulerit, et post appellationem in causa procedat nullus est processus, et si illos obtulerit non tales quales a denegatione iterum appellare licet.

Pœna autem appellantis non petentis apostolos intra triginta dies vel in termino assignato est quod videtur de iure suæ appellationi renunciasse, ideo si postquam appellans petit apostolos, et iudex respondet se daturum illos in certo termino puta die lunæ, vel alio die, si appellans non comparuit in termino assignato ad accipiendum apostolos cum et ipsos obtulerit videtur renunciasse suæ appellationi.

Aduertendum est quod parte non valente appellare coram iudice a quo propter iustum metum protestatio quæ fiet coram honestis personis locum habebit appellationis, et licet cautum sit appellare de nouo cessante metu non tamen est necessarium quod est mentitenendum quia idem erit in omni casu in quo propter absentiam iudicis sufficit protestari loco appellationis. Introductum est quod ex causis prædictis fit appellatio in scriptis cum expressione grauaminum metu seu absentia iudicis coram authentica persona, & conceduntur apostoli testimoniales, seu quales de iure sunt concedendi, & ista appellatio tenet dummodo sit notificata iudici a quo appellatum extitit intra triginta dies a die interpositæ appellationis computandos.

## METHODVS PROCEDENDI

Vbi appellatione pendente a diffinitiuā sententiā facta est innouatio incontinenti per iudicem appellationis constituto de innouatione reuocantur attentata per viam attentati non spectato, sine ipsius litis, & hoc siue facta sit innouatio pendēte appellatione interposita, siue sit facta pēdēte appellatione interponēda, puta quia executio seu innouatio sit facta intra decē dies appellationis tenēdum est menti quia quotidie habetur in practica.

Reliquos processus, & cæteras procedendi formulas quibus in foro ecclesiastico vti consuevit absoluere consulto omisimus, propositi siquidē nostri nō fuit ex nostra penu aliquid depromere, sed Methodū procedēdi, quā paruo libello optimus ille causidicus Michael Ferrer mira dexteritate cōstruxit prælo cudēdū tradere q̄ ex hominū manibus pœnæ iā excidisset, & delitesceret, cū tamē propter summā operis vtilitatem a praxis iudiciariæ candidatis summo opere expeteretur videbamus etiā ex norma processus ordinarij, quā descripsimus, & quæ nobis fere incōsultis, & aliud agētibus, nescio quomodo excidit ad reliqua cognoscenda, & pertractanda facilē esse viā. Inde q̄ posse hauriri paruo negotio, quæ in alijs processibus desiderētur, præcipue cum sæpissime ex causa ad summariā cognitionē redigātur vt partiū laboribus & sumptibus consulatur in qua cū ea, quæ ad dilationes, prorogationes, & probationes pertinent arbitrio relinquuntur visum fuit ea quæ sub iudicis pectore resident non posse certa ratione præscribi, & satius esse si omittantur cum ea quæ ad appellationem prosequendam pertinent modo quem iam descriuimus sint absoluenda, et pertractanda.

LAVS DEO.

**D**Igo yo Fray Hieronymo de Guadalupe, de la ordē de S. Hieronymo, que he visto estas seys hojas de mano que trata de Methodo Iudiciaria, in Curia Ecclesiastica, cōpuesto, o copilado por Diego Buyl procurador Causidico en esta ciudad de Çaragoça, por commission y mandato del Illustrissimo y Reuerendissimo Señor don Andres Sanctos Arçobispo de Çaragoça. Y digo que no he visto ni hallado en el cosa contra nuestra sancta Fe Catholica, antes me parece que es digno de ser impresso, por ser vtil y prouecho-fo para mejor gouierno de la Republica. En testimonio de lo qual lo firme de mi nombre. Fecha en sancta Engracia de Çaragoça, a nueue de Octubre, de mil y quinientos y setenta y nueue años.

Fray Hieronymo  
de Guadalupe.

Digo yo Fray Hieronymo de Guadalupe de la orde  
de S. Hieronymo, que he visto estas cosas en  
mano que trata de Metodo Indiarum, in Curia Ec-  
clesiastica, copiado por Diego Buyl pro-  
curador Caudillo en esta ciudad de Caragoça, por  
comission y mandado del Illustrissimo y Reveren-  
dissimo señor don Andres Santos Arzobispo de Ca-  
ragoça. Y digo que no he visto ni hallado en el  
contra dicha Santa Fe Catholica, antes me parece  
que es digno de ser impreso, por ser vil y puerco-  
so para mejor gobierno de la Republica. En testimo-  
nio de lo qual lo firme de mi nombre. Fecha en Santa  
Fe de Caragoça, a nueve de Octubre, de mill y  
quienientos y setenta y nueve años.

Fray Hieronymo  
de Guadalupe.